poſteà vero illam turgidam jam et maturam exiſtentem expellit; ſi ea ad hoc iners ſit. Qualequid et antiqui medici efficiebant, quodquot aſſectatores et miniſtri ejus naturae fuerant, valde dextre aegrotos curantes, prout deinceps brevibus rationibus clarum erit.

§. 37. Quum enim morbum quemcunque rite curare, ſit cauſam efficientem ipſius, quae proxima eſt & praeſertim primaria atque ſimpliciſsima, e medio tollere (§. 27. 31.) (a); qui medicamentis ſimplicibus & pauciſsimis, morbi cauſae recte accomodatis, dextre illam praeparare & evacuare (§. 36.), velementare, et quodammodo alterare novit (§. 33), perſpicue illam e morbi ſymptomatibus cognoſcens (§. 29.), is infirmum citiſsime ſanat. Cum enim cauſa unica & ſimplex ſit; ſimplicia quidem, at utilia adhibens, facile eam tollit. Quorſum autem plura? nam etſi aliquando concauſae valde diverſae in medio confluant, atque graves morborum complicationes efficiant (§. 20.),

po-

(a) Junk. ib. Tab. LI. p. 355. n. i. cautel.